gaudio ſancti viri corpus magno ſumptu
tum honore ad monaſterium tranſtulerunt.
et inter aram ſancti iohannis baptiſte et
parietem in ſarcofago poſuerunt. ubi
etiam poſtmodum ipſius facienti-
bus meritis memoria digna dominus
dignatus eſt manifeſtare miracula.
10 Denique quodam tempore ſurdus et mutus
cum quibuſdam devitimis locis ora-
tionis cauſa monaſterium adeuntibus
advenit. Et quia a prima eva etate et
locutionis et auditus carebat officiis.
tabulas duas collo dependentes geſtab-
at. quarum colliſione et ſonitu in die
opus quod voce nequibat ꝑtabat. Is cum
ſuis comitatoribus eccleſiam ingreſſus.
dum eos ſingulis altaribus particulas
cere ſicuti pauperum eſt conſuetudo imponere
conſpiceret. ad viri dei ſepulchrum
accedens. tabulas quas geſtabat deſu-
per poſuit. ſeſeque quaſi oraturum ante
illud proſtravit. Et protinus alto ſopore
depreſſus. ut ipſe poſtmodum retulit. ſe-
nem quendam facie nitidum. monachico
habitu glorioſum quaſi e tumulo vidit
procedere. dicentem ſibi. o homo. cur hic
ſopore deprimeris. Cumque ad interrogata
nichil penitus reſpondere potuiſſet.
ſenior ad eum dixit. Surge. et incommodorum
quibus hactenus laboraſti. remedium a me
tibi impetratum ſcito. Ergo tabulis iſtic
dimiſſis. confeſtimque monaſterium diſce-
dens. donum a deo tibi conceſſum in hoc loco
nemini pandas. Qui cum evigilans
ſurrexiſſet. ſub magna feſtinatione
monaſterio digreſſus. inclinato iam die
veſperi ad cuiuſdam ratcozi potentis viri
hoſpicium divertit. Cumque ab illo interr-
ogaretur unde veniret. per ordinem expoſuit.
ubi quando. et quomodo ſanitatis donum
fuiſſet adeptus. At ille narrationi eius
non credens. teneri eum et cuſtodiri pre-
cepit. ipſeque veritatem rei certius inquiſiturus.
eadem nocte ad monaſterium venit. et tab-
ulas ſuper tumulum poſitas repperit. Con-
viatores quoque ſanati cum inveniſſet.
adhuc eiuſdem facti penitus ignaros.
diligencius ab illis inquiſivit. ſi talem
hominem monaſterium petentes in comitatu
habuiſſent. Et continuo ex eorum narratione
vera eſſe que domi audierat deprehendit.
Que res et preſentibus cunctis innotuit. et
ad nos uſque veridica relatione pervenit.
11 Preſbiter quidam ex ipſa congregatione
nomine tanco. dum in eadem eccleſia
cuſtodis officium gereret. nocturne quietis
tempore preficiendis luminaribus baſilicam
ſolitus introire. tribus vicibus pene omnia
repperit extincta. Ad ſanctum autem viri ſepulch-
rum perveniens. ardentem cereum iuxta
illud invenit. Sciensque luminis illius
celitus adminiſtrari ſplendorem. extinguere
non preſumpſit. Ut vero diſceſſit. lux que
per ſe venerat. per ſe etiam ſubtracta eſt. Ubi
et ad maioris indicium miraculi. ignis
quidem in candela ſolito rutilabat. cere
vero nichil penitus ardore minui videbatur.
Hec idem venerabilis presbiter ſepius ſua
relatione confirmans. omne dubitationis
argumentum ab hoc facto vitali ſermone depellit.
12 Quodam etiam tempore dum eiuſdem eccleſie
tecta vetuſtate dilapſa neceſſario
reſtauraretur. quidam ex ipſius monaſterii
familia tegularium quas ad faſtigia
baſilice deferre debuerat onere pre-
gravatus. de ipſa tecti altitudine ſupra
viri dei ſepulchrum corruit. moxque in-
menſum aliud lignorum pondus corruens
impulſu attactu in ipſo eum caſus
exitio deſuper operuit. Cumque aſtantes
concurrerent. ut ei quem iam exanimem cre-
diderant. funeris debita perſolverent.
ſublato lignorum pondere aliquantiſper
nullos membrorum motus oſtendens
iacuit. ac deinde per multa ſuſpiria ha-
litum reſumens. abſque ulla leſione ſur-
rexit incolumis. et ad incepti operis
laborem rediit gaudens. In hoc ergo mi-
raculo haut dubie ſancti patris merita
claruerunt. cum et altitudo tecti unde
ſupradictus homo ceciderat. non minus
quadraginta pedum menſura a terra
eſſet ſuſpenſa. et pondus inſequens
corruentem. quod ad multorum homi-
num oppreſſionem ſufficeret. operire
precipitem non conterere potuiſſet.
13 Alio tempore cecus quidam adveniens. hoſp-
icio pauperum neceſſitatibus preparato
ſuſceptus eſt. Et nocte eadem cum eccleſiam
vellet adire. puerulus qui ei ducatum